



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 3. Tribunal vigintiduumvirale, an censeri debeat Ecclesiasticum
vel laicum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

Videtur favorabile quia institutum est ad salutem & Reipublicæ quietem & adversus iudicum corruptelas sordes atque violentias quas iuris communis dispositio detestatur l. §. sed & si ff. ad l. Corne' de falsis ff. ad l. Iuliam de vi publica late gloss. l. fin. in verb. discrim. nu. C. de pena iudicis qui male iudicant ad instar statuti quod tendit ad corroboracionem iuris communis quod iure communis non exorbitas censeri debet favorabile Anchar. conf. 158. uti proferunt Marcus Antonius Blancus tract. de compromissis quæst. 1. num. 3. vers. insensendit Marcus Antonius Blancus tract. de compromissis quæst. 1. num. 3. vers. contraria opinio. Ut proinde non defuerint qui ejusmodi conservatorum iurisdictionis censuerint favorabilem, Gem cap. cum illis §. illis de preb. in 6. Fel. cap. cum verum placuit magis tribunal hoc odiosum esse & neutiquam extendendam, Bellam. conf. 20. intra suos carceres esse restringendam & neutiquam extendendam, Bellam. conf. 20. Bertrand. conf. 24. nu. 8. vol. 1. Cran. conf. 132. num. 2. Flan. de Resig. benef. lib. 3. quæst. 11 num. 2. Hieron. Cevallos de cognitione per viam violentia quæst. 1. num. 1. Feder. num. 11. Ratio est quia tota iurisdictione ordinaria censeri debet favorabilis. Feder. conf. 130. Abbas cap. quoniam nu. 4. cum addit. de privileg. archid. cap. frater. 16. quæst. 1. at vero extra ordinaria qualis est hujus tribunalis censeri debet odiosa, scripsi lib. 2. de iurisdic. ord. in exemptos quæst. 2. n. 19 Guimer. ad pragmat. sancti. tit. de collationibus §. & quia in glo. verb. formam

Neque obstat antinomia in principio adducta intentio enim statuentium facere non potest ut quod suapte natura odiosum est censeri debeat favorabile & contra quod favorabile est censeri debeat odiosum. Tiraguel. de Retr. conf. in præmio num. 68 odiosum potro est quicquid derogat ordinaria potestati, dixi lib. 1. de iurisdic. ord. in exempt. cap. 4. ad cuius quippe quod officium spectat violentiarum malefactorumque coercio. cap. 1. de offic. ord. in 6. Hincque est quod alio loco etiam concluderimus conservatorum iurisdictionem juris esse odiosam quibus tribunal hoc vigintiduum virale quod ad injurias violentiasque vindicandas erectum est non parum symbolizat, vide supra quæst. 2. de conservat. in fin.

QUESTIO TERTIA.

Tribunal vigintiduum virale an censeri debeat Ecclesiasticum vel laicum.

SUMMARIUM.

- 1. Vigintiduum viri constans partim Ecclesiasticis partim laicis.
- 2. Lai-

Aaa 2

